

noti aequae lata. Pedes sat dense et longe nigro-pilosi, pilis retrorsum vergentibus. Tarsi articulo secundo primo brevior.

Uxori ac adjuvatrici jucundae collectoris hanc speciem dedicavi.

15. *Resthenia* (*Prepops* n. subg.) *frontalis* n. sp. (Fig. 6).

Aurantiaca, superne glabra, capite, pronoto scutelloque opaculis, hemielytris nigris, nitidulis, crebre tenuissime punctulatis, basi clavi et corii anguste ochraceis; oculis, antennis, rostro apicem versus, tibiis, ima basi excepta, tarsisque nigris; fronte fortiter convexa, supra basin clypei prominente. Long. ♀. fere 7 mm.

Carácas, Rio Catuche, unicum specimen.

Colore *R. plenae* Dist. nonnihil similis, sed glabra, aurantiaca nec obscure sanguinea, scutello femoribusque usque ad apicem aurantiacis. Subgenus novum **Prepops** m. fronte ut in genere *Brachycoleus* tumido-convexa hemielytrisque nitidulis punctulatis constituit. Caput ab antico visum latitudine cum oculis parum brevius. Rostrum apicem coxarum intermediarum attingens, articulo primo medium xyphi prosterni subattingente, apice infuscato. Antennae dense breviter subadpressim nigro-pilosae, articulo primo capite ab antico viso circiter $\frac{1}{3}$ brevior, secundo primo circiter $2\frac{2}{5}$ longior, duobus ultimis simul sumtis secundo longioribus. Pronotum latitudine postica circiter $\frac{1}{3}$ brevius, disco postico apicem versus sat fortiter convexo-declivi, lateribus pone stricturam apicalem rectis. Hemielytra lateribus ante medium levissime dilatatis, margine laterali corii tenuissime sat parce pubescente; membrana nigricante, macula obliqua infra apicem cunei areolaeque minore hyalinis. Venter pallido-pubescent. Tibiae dense sat breviter subadpressim nigro-pilosae. Tarsi postici margine inferiore articuli secundi eodem margine primi fere duplo brevior.

Div. **Capsaria** Reut.

16. *Phytocoris vilis* (Dist.). *Compsocerochoris* id. Dist., Biol. centr.-am. p. 260, 3, T. XXV, f. 13.